



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum homo possit se ad gratiam præparare sine gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

eius, secundum illud Psalm. 61. Tu reddes unicuique secundum opera eius. Cum igitur homo sit dominus suorum operum, uidetur quod in eius potestate constitutum sit ad uitam aeternam peruenire.

¶ 3 Præ. Vita aeterna est ultimus finis uitæ humane, sed quilibet res naturalis per sua naturalia potest consequi finem suum, ergo multo magis homo, qui est altioris naturæ, per sua naturalia potest peruenire ad uitam aeternam absque aliqua gratia.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Rom. 6. Gratia Dei, uita aeterna; quod ideo dicitur, sicut gloria ibidem dicit, ut intelligeremus Deum ad uitam aeternam pro sua miseratione nos perducere.

RESPON. Dicendum, quod actus perducens ad finem, oportet esse fini proportionatus. Nullus autem actus excedit proportionem principii actiui. Et ideo uidemus in rebus naturalibus, quod nulla res potest perficere effectum per suam operationem, qui excedat uirtutem actiuam; sed solum potest pro ducere per operationem suam effectum suæ uirtuti proportionatum. Vita autem aeterna est finis excedens proportionem naturæ humane, ut ex supradictis patet. Et ideo homo per sua naturalia non potest pro ducere opera meritoria proportionata uitæ æternæ, sed ad hoc exigitur altior uirtus, quæ est uirtus gratiæ. Et ideo sine gratia homo non potest mereri uitam aeternam; potest tamen facere opera perducenda ad bonum aliquod homini connaturale, sicut laborare in agro, bibere, manducare, & habere amicum & alia huiusmodi, ut Aug. dicit in tertia responsio ne contra Pelagianos.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo sua uoluntate facit opera meritoria uitæ æternæ; sed sicut Aug. in eo. lib. dicit, ad hoc exigitur quod uoluntas hominis preparatur a Deo per gratiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Gloss. dicit Rom. 6. super illud: Gratia Dei, uita aeterna, certum est uitam aeternam bonis operibus reddi; sed ipsa opera, quibus redditur, ad Dei gratiam pertinent, cum etiam supra dictum sit, quod ad implendum mandata legis secundum debitum modum, per quem eorum impletio est meritoria, requiritur gratia.

AD TERTIUM dicendum, quod obiectio illa procedit de fine huius connaturali. Natura autem humane hoc ipso quod nobilior est, potest ad altiore finem perducere, saltem auxilio gratiæ, ad quem inferiores naturæ nullo modo pertingere possunt, sicut huius est melius dispositus ad sanitatem, qui aliquibus auxiliis medicinæ potest sanitatem consequi, quam ille qui nullo modo, ut Philosophus introducit in 2. de celo.

ARTICULVS VI.

Utrum homo possit seipsum ad gratiam preparare per seipsum, absque exteriori auxilio gratiæ.

AD SEXIUM sic proceditur. Videtur, quod homo possit seipsum ad gratiam preparare per seipsum absque exteriori auxilio gratiæ. Nihil enim imponitur homini quod sit ei impossibile, ut supra dictum est; sed Zacharias primo dicitur, Couertimini ad me, & ego conuertar ad uos; nihil autem est aliud se ad gratiam preparare, quam ad Deum conuerti. ergo uidetur quod

A homo per seipsum possit se ad gratiam preparare absque auxilio gratiæ.

¶ 2 Præ. Homo se ad gratiam preparat faciendo quod in se est: quia si homo facit quod in se est, Deus ei non denegat gratiam. dicitur enim Matthæ. 7. quod Deus dat spiritum bonum petentibus se: sed illud in nobis esse dicitur, quod est in nostra potestate. ergo uidetur quod in nostra potestate sit constitutum, ut nos ad gratiam preparemus.

¶ 3 Præ. Si homo indiget gratia ad hoc, quod preparat se ad gratiam, pari ratione indigebit gratia ad hoc, quod preparat se ad illam gratiam, & sic procederet ad infinitum: quod est inconueniens. ergo uidetur standum in primo, ut scilicet homo sine gratia possit se ad gratiam preparare.

¶ 4 Præ. Propter. 16. dicitur, quod hominis est preparare animum: sed illud dicitur esse hominis, quod per seipsum potest. ergo uidetur quod homo per seipsum se possit ad gratiam preparare.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: si autem homo seipsum preparare posset, non oporteret quod ab alio traheretur. ergo homo non potest se ad gratiam preparare absque auxilio gratiæ.

RESPON. Dicendum, quod duplex est preparatio uoluntatis humane ad bonum. Una quidem qua preparatur ad bene operandum, & ad Deum fruendum; & talis preparatio uoluntatis non potest fieri sine habituali gratiæ dono, quod sit principium operis meritorij, ut dictum est. Alio modo potest intelligi preparatio uoluntatis humane ad consequendum ipsum gratiæ habitualis donum.

Ad hoc autem quod preparat se homo ad susceptionem huius doni, non oportet presupponere aliquid aliud donum habituale in anima, quia sic procederet in infinitum: sed oportet presupponi aliquid auxiliū grauitatum Dei interius animam mouentis, siue inspirantis bonū propositū. His enim duobus modis indigemus auxilio diuino, ut supra dictum est. Quod autem ad hoc indigamus auxilio Dei mouentis, manifestum est. Necessesse est enim cum omne agens agat propter finem, quod omnis causa conuertat suos effectus ad suum finem; & ideo cum secundum ordinem agentium, siue mouentium

Dei adiutorio per sua naturalia operari opus moraliter bonum, ergo potest preparare se ad gratiam. Antecedens patet ex dictis. Consequentia probatur, quia bonum morale habet immediatum ordinem ad bonum gratiæ, ac per hoc est preparatorium ad gratiam. Et augetur hoc dubium, quia auctor sententiarum, distinctione 28. articulo 4. idem sentit, dum expresse uult, quod homo faciendo quod in se est, preparat se ad gratiam, ut patet ibi.

Contra rationem uero, quia proposito, solius primi agentis est preparare ad ultimum finem, est falsa: quoniam licet perducere ad ultimum finem sit ipsius solius, disponere tamen ad illum potest esse inferioris agentis: quod probatur ex hoc, quod in generatione hominis, licet solus Deus producat animam, non tamen uirtute propria disponit materiam ad animam. Et sic est in proposito, quod licet solus Deus det gratiam, homo tamen disponere se potest ad gratiam uirtute propria.

Ad horum euidenciam scito, quod ratio literæ ex parte notis quodammodo procedit. Nam quod secundum ordinem finium fit ordo agentium, clarum est ex eo, quod omne agens agit propter finem aliquem sibi proprium: & constat, quod in finem proprium alicuius agentis tendere nihil potest, nisi propter ipsum agens: sicut nec alia propria alicui conuenire possunt alteri, nisi propter illud, cui primo conueniunt. Id enim primo alicui conuenit, quod sibi non per aliud, & aliis quibusque propter ipsum conuenit: quo fit ut tendere in finem ultimum ita sit proprium primi agentis sibi, quod non per

Prima Secunda S. Thomæ. II aliud

Super questionis 10. articulo seximo. In articulo sexto euidem questionis, nonne quæstio, nis dubium occurrit ex Durandio in secundo Sententiarum distinctione uiginti prima articulo ultimo duplex. Alterum contra conclusionem: alterum contra rationem in littera allatam. Contra conclusionem quidem, quia homo potest absque speciali

art. preced.

art. 2.

aliud, ceteris vero propter ipsum conueniat in quocunque ordine, siue tendant ut agentia, siue ut patientia. Vnde & in litera manifestatur hoc de victoria, in quam tendit miles, non nisi motus a duce: propter quod multo magis disponens ipsum patiens ad finem ultimum, oportet moueri a primo agente. Sed quod

fit ordo finium, necesse est quod ad ultimum finem conuertatur homo per motionem primi mouentis, ad finem autem proximum per motionem alicuius inferiorum mouentium: sicut animus militis conuertitur ad querendum uictoriam ex motione ducis exercitus, ad sequendum autem uexillum alicuius aciei ex motione Tribuni. Sic igitur cum Deus sit primum mouens simpliciter, ex eius motione est, quod omnia in ipsum conuertantur secundum communem intentionem boni, per quam unumquodque intendit ad finem suum. Vnde Dion. in lib. de di. nom. dicit, * quod Deus conuertit oia ad seipsum: sed homines iustus conuertit ad seipsum sicut ad specialem finem quem intendunt, & cui cupiunt adherere sicut bono proprio, secundum illud Psal. 72. Mihi adherere Deo bonum est: & ideo quod

homo conuertatur ad Deum, hoc non potest esse nisi Deo ipsum conuertente. hoc autem est preparare se ad gratiam, quasi ad Deum conuertit, sicut ille qui habet oculum auersum a lumine Solis, per hoc se parat ad recipiendum lumen Solis, quod oculos suos conuertit uersus Solem. Vnde patet, quod homo non potest se preparare ad lumen gratiae suscipiendum, nisi per auxilium gratuitum Dei interioris mouentis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod conuersio hominis ad Deum fit quidem per liberum arbitrium, & secundum hoc homini praecipitur, quod se ad Deum conuertat: sed liberum arbitrium ad Deum conuertit non potest, nisi Deo ipsum ad se conuertente, secundum illud Ierem. 31. Conuerte me, & conuertar: quia tu dominus Deus meus. Et Threnorum ulti. Conuer-

quod in se est, ita ut per hoc sit sufficienter preparatus ad gratiam (sic enim in proposito sumitur facere quod aliquid gratiae est, ideo sine Deo ut specialiter praeparatum, quod est dicere sine speciali adiutorio Dei, ut test homo facere quod in se est, & non potest preparari gratiam, quicquid in secundo sententiarum manifestum fuerit.

IN articulo septimo eiusdem questionis aduerte in nomine articulo. Haec tenus siquidem de necessitate de necessitate eiusdem respectu mali, & deum in articulo de necessitate eiusdem in hominem tam constitutum est, ut nulla necessitas praetermissa uideatur.

IN corpore articuli eiusdem, & responsione ad tertium

quod opus gratiae, scilicet conuersio ad Deum, non est meritoria, utpote gratia inferior, ut sic consummatur opus inueniatur medium inter opus meritum, & morale.

Nec obstat his quod communiter dicitur, quod homo te nos dñe ad te, & conuertemur. AD SECUNDVM dicendum, quod nihil homo potest facere, nisi a Deo moueatur, secundum illud Ios. Sine me nihil potestis facere; & ideo cum deus homo facere quod in se est, hoc est in potestate hominis, secundum quod est motus a Deo.

AD TERTIVM dicendum, quod illa obiectio procedit de gratia habituali, ad quam requiritur aliqua preparatio, quia omnis forma requiritur susceptibile dispositio: sed hoc quod homo moueatur a Deo, non praexigit aliquam aliam motionem, cum Deus sit primum mouens, unde non oportet abire in infinitum.

AD III. dicendum, quod homo est parare animam, quia hoc facit per liberum arbitrium, sed tamen hoc non facit sine auxilio Dei mouentis, & ad se attrahentis, ut dictum est.

ARTICVLVS VII.

Utrum homo possit resurgere a peccato sine auxilio gratiae.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod possit resurgere a peccato sine auxilio gratiae. Illud enim quod praexigitur ad gratiam, fit sine gratia: sed resurgere a peccato praexigitur ad illuminationem gratiae, dicitur enim ad Eph. 5. Exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, ergo homo potest resurgere a peccato sine gratia.

2. Praet. Peccatum uirtuti opponitur, sicut morbus sanitati, ut supra dictum est: sed homo per uirtutem naturae potest resurgere de aegritudine ad sanitatem sine auxilio exterioris medicinae, per hoc, quod intus manet principium uitae, a quo procedit operatio naturalis, ergo ut quod homo simili ratione possit reparari per seipsum, re-

quod in se est, ita ut per hoc sit sufficienter preparatus ad gratiam (sic enim in proposito sumitur facere quod aliquid gratiae est, ideo sine Deo ut specialiter praeparatum, quod est dicere sine speciali adiutorio Dei, ut test homo facere quod in se est, & non potest preparari gratiam, quicquid in secundo sententiarum manifestum fuerit.

Super questionis 109. articulum septimum.

IN articulo septimo eiusdem questionis aduerte in nomine articulo. Haec tenus siquidem de necessitate de necessitate eiusdem respectu mali, & deum in articulo de necessitate eiusdem in hominem tam constitutum est, ut nulla necessitas praetermissa uideatur.

IN corpore articuli eiusdem, & responsione ad tertium

pp. 4. p. 1. inter princ. & med. & s. s.